



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Leo Papa X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

A glarent; & pacem ac dilectionem mutuam a Redemptore nostro tantopere commendatam, ubique fuentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcopatum & prælatorum, ac aliorum superiorum, eorumque status scandalosa detractione, quos coram vulgo & laicis non modo incaute, sed etiam intemperanter reprehendunt & mordent, & ab eis male gestorum expessis quandoq; non minibus aperta & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem faciliis recordationis Clementis Papæ V. quæ incipit, Religiosi, quam tenore præsentium' innouamus & approbamus, in uiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratione ad utilitatem populi prædicantes, & cum Domino lucrificientes, talentum, quod ab illo acceperant, superlucrari, & eiusdem gratiam & gloriam consequi mereantur. Cæterum si quibusdam eorum Dominus futura quedam in Dei ecclesia inspiratione qua piæ reuelauerit, vt per Amos prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus prædictorum princeps, Spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite spernere, hos aliorum fabulosorum & mendacium gregi conumerari, vel aliter impediti minime volumus. Extinguitur nā que ipsius gratia Spiritus Ambrosio teste, si incipientibus loqui feruor contradicione soperitur: & tūc

^{1. Thess. 5. 1.}

B Spiritui sancto iniuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proueniant? volumus, vt lege ordinaria tales assertæ inspirationes, antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apostolica sedis examini referuatae intelligentur. Quod si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut virgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine seruato, ordinario loci notificentur, vt illi adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & huiusmodi negocio cum eis diligenter examinato, quando id expedite videbunt, (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem contra præmissorum aliquod committere quidquam ausi fuerint, ultra penas contra tales a iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, a qua non nisi a Rom. Pont. præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, eos incurere volumus. Et ut eorum exemplo alij attentare similia minime audient, eis prædicationis etiam officium interdictum esse perpetuo decernimus. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, ac privilegijs & indulx. c. tis, & litteris Apostolicis, & ordinibus & personis præfatis, etiam in mari magno comprehensis, ac etiam à nobis forsitan approbatis, innouatis, vel etiam de novo concessis, quæ quo ad hoc, nolumus eis in aliquo suffragari.

^{1. Ioan. 4. 1.}

C Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostri statuti, ordinationis, mandati, inhibitionis, innouationis, approbationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum.

Data Romæ in publica sessione, in Lateran. sacro sancta basilica solenniter celebrata, Anno incarnationis Domini 1516. 14. Kal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

LEO PAPAX.

Dilecto filio nostro Hadriano tituli sanctorum Joannis & Pauli.
Presbytero Cardinali.

Inquisitores hereticæ prauitatis, testes falsidicos in causa fidei deponentes, & alios de quibus agitur in hoc rescripto, tradere possunt curiæ seculari, irregularitatis, aut alicuius pœna vel censuræ Ecclesiastice securi.

I L E C T E fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem.

I N T E L L E X I M V S quod in Hispania, ceterisque Regnis & Dominijs Charismatibus in Christo filia nostra Ioanna Reginæ, & Chafiflmi in Christo filij nostri Carolis Regis Hispaniæ catholicorum ditioni subiectis, in quibus tu hereticæ prauitatis Inquisitor Generalis per Sedem Apostolicam deputatus existis, multi perdit ingenij homines, in testimonij quæ perhibent super dictæ prauitatis veritate inquirenda falsitatem quando-

Edita anno D^omini 1518.
Ex Archivio Inquisitionis Romanae. Vide super Directorio Inquisitorum part. 3. q. 73.

E que prece, precio, odio, vel amore, & quandoque metu committere, aut le eamdem falsitatem commisile publico licet falso, fateri non verentur: sicque huiusmodi diabolice artis ministerio plerumque vel damnantur infantes, vel diuinæ maiestatis Dei, & orthodoxæ fidei sub Christiano nomine derisores veniam consequuntur. Ad qua facinora perpetranda ipsi falsi testes tam propria improbitate, & inconstantia, quam audacia, & impunita temeritate eorum qui illos ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia illiciunt, impelluntur. Nos igitur celestum hoc hominum genus, qui in diuinam humanamque simul naturam conspirant, & in nefandi criminis causa vel iniustæ absolutionis, vel iniuste condemnationis actores existunt acriter longe supplicio quam ceteri falsidici testes plebi soleant, dignum censentes: circumspectioni tuae & Vniuersitatis & singulis alijs per te & pro tempore existentem generalem dictæ prauitatis in regnis, & dominijs prædictis Inquisitorem, ad ipsum Inquisitionis officium pro tempore deputatis, contra omnes & singulas personas cuiusvis sta-

tus,

tus, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis existant, quas tibi aut alijs Inquisitionibus prædictis in A
crimine heresis fallum scienter deposuisse, aut alium ad falsum deponendum, aut verum tacendum
induxisse, vel quempiam ob perhibitum veritatis testimonium vel propter falsum non attestatum
occidisse, aut membro aliquo mutilasse, aut bonis suis omnibus vel majori parte illorum spoliasse,
vel spoliari fecisse, seu atrocissima iniuria affectuisse legitimè constituerit, tuò aut te depurando seu de-
putandis & subdelegandis arbitrio procedendi, & eos paenit de quibus tibi vel illi videbitur conde-
nandi, super quo tam & illorum quibus negotia huiusmodi commiseris, conscientiam oneramus ab-
sque alicuius pena seu censuræ Ecclesiasticæ metu aut irregularitatis nota tradendi vel relaxandi, etiā
curia seculari plenam & liberam concedimus facultatem. Non obstantibus Constitutionibus, & or-
dinationibus Apostolicis, ceterisq; contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum
sub annulo pectoris, die 14. Decembris 1518. Pontificatus nostri anno sexto.

Euangelista

BULLA APOSTOLICA LEONIS PAPÆ X.
contra errores Martini Lutheri, & sequacium.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Do-
mini 1520.

Ex. 4. vol. con-
cili. pag. 700. ex
Coloniensi edi-
tione an. 1567.
psal. 73. d.
Ioh. 21.

s. Pet. 3. a

Iac. 3. b.

1. Cor. 11. d

s. Tim. 4. a.

atque

-68-

-69-

-70-

-71-

-72-

-73-

-74-

-75-

-76-

-77-

-78-

-79-

-80-

-81-

-82-

-83-

-84-

-85-

-86-

-87-

-88-

-89-

-90-

-91-

-92-

-93-

-94-

-95-

-96-

-97-

-98-

-99-

-100-

-101-

-102-

-103-

-104-

-105-

-106-

-107-

-108-

-109-

-110-

-111-

-112-

-113-

-114-

-115-

-116-

-117-

-118-

-119-

-120-

-121-

-122-

-123-

-124-

-125-

-126-

-127-

-128-

-129-

-130-

-131-

-132-

-133-

-134-

-135-

-136-

-137-

-138-

-139-

-140-

-141-

-142-

-143-

-144-

-145-

-146-

-147-

-148-

-149-

-150-

-151-

-152-

-153-

-154-

-155-

-156-

-157-

-158-

-159-

-160-

-161-

-162-

-163-

-164-

-165-

-166-

-167-

-168-

-169-

-170-

-171-

-172-

-173-

-174-

-175-

-176-

-177-

-178-

-179-

-180-

-181-

-182-

-183-

-184-

-185-

-186-

-187-

-188-

-189-

-190-

-191-

-192-

-193-

-194-

-195-

-196-

-197-

-198-

-199-

-200-

-201-

-202-

-203-

-204-

-205-

-206-

-207-

-208-

-209-

-210-

-211-

-212-

-213-

-214-

-215-

-216-

-217-

-218-

-219-

-220-

-221-

-222-

-223-

-224-

-225-

-226-

-227-

-228-

-229-

-230-

-231-

-232-

-233-

-234-

-235-

-236-

-237-

-238-

-239-

-240-

-241-

-242-

-243-

-244-

-245-

-246-

-247-

-248-

-249-

-250-

-251-

-252-

-253-

-254-

-255-

EX R G E Domine, & iudica causam tuam; memor esto improprietum tuorum, eorum
quæ ab insipientibus fiunt tota die: inclina autem tuam ad preces nostras, quoniam surre-
xerunt vulpes querentes demoliti vineam, cuius tu torcular calcasti solus, & ascensurus ad
patrem, eius cutam, regimur, & administrationem Petro tanquam capiti, & tuo vicario, eiusque suc-
cessoribus in stat triumphantis Ecclesie, commisisti. Exterminare nititur eam aper de sylva, & singula-
ris ferus depascitur eam. Exurge Petre, & pro pastorali cura praefata tibi (vi præfertur) diuinis de-
mandata, intende in causam sanctæ Romanæ Ecclesie, matris omnium ecclesiastum, ac fidei magistræ,
quam tu, iubente Deo, tuo sanguine consecrasti: contra quam sicut tu præmonete dignatus es, insur-
gunt magistri mendaces, introducentes leætas perditionis, sibi celerem interitum superducentes: quo
rum lingua ignis est, inquietum malum, plena veneno mortifero: qui zelum amarum habentes &
contentiones in cordibus suis gloriantur, & mendaces sunt aduersus veritatem. Exurge tu quoq; que
sumus Paule, qui eam tua doctrina, ac pari martyrio illuminasti atq; illustri. Iam enim surgit nouus
Porphyrius, quia sicut ille olim sanctos Apostolos iniuste momordit, ita hic sanctos Pontifices præ-
cessores nostros contra tuam doctrinam eos non oscurando, sed increpando, mordere, lacerare, ac vbi
causa sua diffidit ad conuicia accedere non vereatur, more haereticorum, quorum (inquit Hieronymus)
ultimo præsidium est, vt cum conspiciant causas damnatum iti, incipiant virus serpentis lin-
guæ diffundere: & cum se victos conficiant ad contumelias profilire. Nam licet haereses esse, ad ex-
citationem fideliū, tu dixeris oportere; eas tamen, ne incrementum accipiātne ve vulpecula co-
lescant, in ipso ortu te intercedente & adiuuante, extingui necesse est. Exurgat denique omnis san-
ctum ac reliqua vniuersali Ecclesia, cuius vera sacrarum literarum interpretatione prohibita, qui-
dam, quorum mentem pater mendacijs exceperit, ex veteri haereticorum instituto, apud lementiplos sa-
te scripturas easdem alteri quam Spiritus sanctus flagiter, proprio duntaxat sensu, ambitionis, au-
tæque popularis causa, teste Apostolo, interpretantur, immo vero, prob dolor, oculis nostris vidimus ac legimus multos
& varios errores, quosdam videlicet iam per concilia ac prædecessorum nostrorum constitutiones dä-
natos, haereticum etiam Græcorum, & Bohemicam exprefse continentes: alios vero respectiue vel haer-
eticos, vel falsos, vel scandalosos, vel piarum aurium offensivos, vel simplicium mentium seductivos,
à falsis fidei cultoribus, qui per superbam curiositatem mundi gloriam cupientes, contra Apostoli
doctrinam plus sapere volunt, quām oporteat: quorum garrulitas (vt inquit Hieronymus) sine sci-
pturarum auctoritate non haberet fidem, nisi viderentur peruersam de ceteram etiam diuinis testimonijs,
male tamen interpretatis, roborare. A quorum oculis Dei timor recessit, humani generis hoste
suggerente, nouerit suscitantes, & nuper apud quosdam leuiores in inclita natione Germanica semi-
natos. Quod eo magis dolemus ibi euenisce, quod eandam nationem & nos, & prædecessores no-
stri, in vilceribus semper gesserimus charitatis. Nam post tristatulum ex Græcis à Romana ecclesia
in eosdem Germanos imperium, idem prædecessores nostri & nos, euldem ecclesiam aduocatos,
defensoresque ex eis semper accepimus, quos quidem Germanos catholice veritatis vere Germanos,
constat, haereticos acerrimos oppugnatores semper fuisse, cuius rei testes sunt laudabiles illæ constitu-
tiones